



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xxx. Medicamentum, quod omni tempore tuetur contra omnem morbum  
accipitres, & quod omnem liquorem ex capite detrahit: purgat etiam  
defluxum in oculos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Aridum medicamentum.*

PEDICVLARIÆ granum vnum. piperis grana septem. costi foliorum, spicæ nardi. singulorum siliquas duas. castorij siliquam, contundito, cibrato, hisque fccis palatum illius illinito.

*Remedium ad destillationem.*

VRTICÆ grana quindecim bene con- trita, dato cum carne edenda in tres partes diuisa. Si seminis vrticæ facultas non sit, rheoponticum tritum cum carne simi- liter accipitri edendum præbeto.

*Vt pituita capit is subsistat.*

SALEM Cappadocum, oleum omphaci- num, oui album liquorem, æquis pon- deribus, & mellis quod tatis sit, in vas ad- iicias, simul misceas, & cum carne acci- pitri edenda præbeas.

Medicamentum, quod omni tempore tuetur contra omnem morbum accipitres, et quod omnem liquorem ex capite detrahit: purgat etiam defluxum in oculos; cuius compositio hac est.

PIPERIS semissem, lazeris obolum, zin- ziberis, rutæ aridæ singulos textantes.

E



caryophylli, castorij, singulorum quin-  
cuncem, pediculariæ grana quatuor con-  
terito, & quam minutissime per cibrum  
cernito, in mortarium misceto, adiecto  
melle acapno, & vino veteri, utroque quod  
satis sit: hisque allinito palatum, ore que  
accipitris compresso suge eiusdem nares,  
ut medicamentum transmittatur. quod  
ubi feceris, illum in sole collocabis, hoc  
hyeme singulis mensibus facito: æstate  
nunquam.

*Ad grauedinem capitū.*

**P**IPER, pediculariam, geponomon, fo-  
lium spicatum. nardum, caryophyl-  
lum, cuminum, sagapenum, balaustium,  
seminarutæ, marathri, coriani, petroselini,  
æquis ponderibus mixta contundito & cri-  
brato, & cum opus fuerit, interdum cum  
melle obline, interdum etiam arido utere.

*Medicamentum aridum purgans caput  
accipitris, & pituitam.*

**F**LORIS quem facit schoinos, costi, sin-  
gulorum trientem, folij scrupulos tres,  
zinziberis, pediculariæ, singulorum qua-  
drantem, balsami, rhou, quo coriarij vtun-